EXERCITATIO, XXVII.

COR ESSE

IN OMNI FEBRIS PES-

tilentis differẽtia, focum putredinis, partemq; primò, & primariò affectam; quam, aer venatus ex conſenſu latente, via recta petit, vt depopuletur. Et quum peſtilens putrida, ſit aliarũ quarumq; febriũ exitioſiſsima, ac atrociſsima, ſolitiorem ob id, & accuratiorem, celerioremq; curam expoſcit. Hæc, ſi cum bubone, anthraceue adoritur, motum naturæ, verſus emunctoria, artusve adiuuare, tenemur exoneratis partibus principibus, imitantes naturam, venis, quæ id præſtent melius, ſectis, vel ſcarificatis, atſi, abſque tumoribus inuadat, citiſsimas vacuationem, reuulſionemq; ex baſilicis indicat. Nam in quocumq; cordis affectu cum febre, vel abſque febre, venas in bracchiis ſecare, & in febre peſtilenti, ſine bubone, venas in pedibus remotiſsimas quærere, indicationum ignorantiam, præſefert. Neq; vlli rationi, experientiæve innititur. Auctore,

Doctore Ioanne de Luna Vega Marcenenſi,
medico Hiſpalenſi, Hiſpalenſis academiæ, olim profeſſore primario.

Hiſpali, anno Domini
1610.

AD INGENVVM quemq; Lectorem.

CONQVEREBATVR PERgamenus noster, præteritis tẽporibus, atq; suis, nonnullos fuisse, qui ea, quæ assequi non potuerunt opera, ipsa impugnare non dubitarunt. Hanc animi ægritudinem, quo nomine appellem, certè ignoro. Video tamẽ, mea ætate, id etiam ipsum contigisse. Nam cum elapsis annis, in quibusdam exercitationibus de peste excusis, focum putredinis, in pestilentibus esse cor, asseruissem, hoc seu ænigma maximũ, inauditumq; paradoxun quidam medicus Hispalensis per duodecim annos transglutire non potens, modo, *partu Elephantis edito, quia in magnis voluisse sat, est*, saltim, si non impugnare, suum animum ostentare non timuit. Quin etiam, cum obiter addidissem, in pestilẽti sine bubone, basilicas secandas, ex Iacobi de partibus testimonio, quoniam, *Aduersus ly cum, & de semine.*

Manet alta mente repostum
Inditium paridis, spretæq; injuria formæ. *Verg.*

Nõ præcipiti, sed prolixissima captata occasione (tenetur enim, duodecimus annus agitur, meæ apologiæ satisfacere in illam, quam modo nec expurgatam, nec vendicatam, latinam secũdo edidit, atq; inter litteras vulgares) me, quem feriret, & auctorem, & hostem finxit, nec dubitauit simul (consilii inops) præcipuum illũ Auicennæ enarratorem, omnibus ab eo adductis auctoribus multo præferendum, mordicando irridere. Credẽdũ est dormiisse, nec aduertisse, me nuper probasse, pleuritidis exemplo, ab acutorum morborũ curatione, distantissimè distare lõginquarũ venarũ sectiones, sed

Quis enim cordatus vir (cum etiam illius res ageba tur) non vigilaret? atq; ex eodem ſe pede claudicare, tot annis non vidiſſet? *Ex aliis periculum faceret, quod ſibi maximo vſui foret.* Qui, & ſi immobiliter apprehendat, ſuo, dubito, an bono, an maximo malo, leget, req; pœnitius inſpecta, ſine comparatione illius abſurdũ eſſe maius. Probo id euidenter, etenim pleuritidis Auicẽnicæ fautores, diſtantes venas in principio eligebant, ſub quibuſdam tamen conditionibus, vt homines erra bant, non vero perſeuerabãt, nam ſtatim ad partẽ accedunt, at vero liber de peſte errat, & perſtat in pedibus ſcindendis, pedaneusq; perreptat, & quaſi nihil pa teretur cor, nec eſſet in corpore, illius obliuiſcitur. Auicenniſtæ in pleuritide delinqunt, quæ mitis, & mediocris euenire ſolet, prædictus liber in morbo, ſeu bellua immiti, ſeuiſsimaq;. Illi, in morbo decimũquar tum attingente, at ille, in velociſsimo, primo, ſecundo, & tertio iugulãte iacet, ergo multo maior eſt hic error, ac proinde, tenetur pius quiſq; medicus, hanc phlebotomiam in peſtilentibus ſine bubone, in pedibus propo ſitam impugnare, Iaculisq; rationum, & auctoritatibus ferire, & proſternere. me tamen nunc vocat iſte labor. Hîcq; eſt præcipuus ſcopus, Veritatis tutella, ſciunt enim omnes (quod citra injuriã, arrogantiamq; dicere poſſum) nec reſiſtenciam in illo eſſe, nec reactionem expectandam, re tamen ipſa ſic efflagitante, obiterq; perpendet duo noſter reformator, quæ nunquã è mẽte excident (ſicuti etiam noſtra in illum apologia.) Primũ ipſum ignoraſſe febris peſtilentis naturam, & ſecũ dum, febris ipſius peſtilentis locum, primo, & primariò affectum. Eſt enim dolendum, & neſcio, qua conſcientia. poteſt quis, morbi alicujus curationem aggredi, cujus ſpeciem ignoret, & circa cujus particulam affe-

ctam, deceptus deprehenditur, atq; ridendũ, quod, se ducem in peste glorietur, aliosq; contemnat, vt typis dare, librumq; omittam, quod munus, hominem omnibus numeris absolutissimum vndequaq;, exigebat si columnis digna scribẽda essent. Similiterq; sentiẽdũ, de exacta, atque secũdum artem facta curatione. Quã rationalis medicus, ac generosus ex indicationibus cu rans, ex his duobus, ab specie affectus, particulaq; affecta præstitis, suo muneri in quãtum humanis permittitur viribus, medendo satisfaciet. Quidquid præter hæc quilibet operatur, empiricum est, & in medicinæ parte curatiua, duos hosce, scimus, esse scopos, in quos (quantum agitur ex morbo) aciem, mentisq: occulos semper injicere oportet, vbique docente Galeno, sed lib. 3. de locis aff. c. 2. præcipuè.

Id, quod per Deos immortales affirmare, neqnaquam timeo, quippe vitiata actione, semper inuestigare studebam, quæ nam se des, vel ipsa afficeretur, vel alteri consentiret, quumq; eam inuenisse, mihi persuasum esset, tum dispositionem ipsam querere, atque ex vtrisq;, totius curatiui generis indicationem sumere; simul remediorum quantitatem, & qualitatem, & idoneam materiam inuenire.

Quum nullum ædificium absque fundamentis com mensuratis, firmum esse posit; assertionibus erigẽdis nonulla præuia subjiciẽda sunt talia, & iis perpensis (vt credo) nullum negotium facessere poterit vena aperienda in febribus pestilentibus sine bubone, aut carbunculo, quorum primum sit descriptio dicata a Galeno, foco putredinis, sic. *A Quippe particula, quam obstructio, putredo, aut phlepmone obsedit, febris ipsius veluti focus quidam existit.* *A 11. meth. 4 penult.*

2. Quantum meæ tulerint vires, omniaq; veritati sem per subjiciens, focos putredinis, præciquèq; pro instituto febrium, proponam, hisce enim inuentis, enumeratisq;

B ratisq; , focus putredinis in corde necessario statuendus est. *Igitur* B *febrium putidarum in vniuersum, sex sunt differentiæ, continuæ tres, totidéq; intermittentes inter se congeneres, intermittentium focos, sic apud Galenum legimus.* C *Quotidiana vero raro aduenit, quin os ventriculi patiatur, quemadmodum quartana ex male affecto splene generatur, tertiana ex jecore laborante*, hæc ille. D *Continuæ febres, germanæ recensitis, in venis vniuersi corporis, putrescentibus humoribus æqualiter*, Oriuntur, & consistunt, quæ breuiter de putridis istis. *At* E *continentes, quædam sunt putridæ, aliæ citra putredinem, hæ cum vnicam accessionem habeant*, hunc chorū non ingrediuntur, accidit enim repetere ex focis, dicente Galeno. *Sed* F *quæ circuitum non habent, in illis, nulla est corporis pars, quæ præcipuè sit offensa; continentibus putridis locū aßignat Galenus* G *inter alas, & inguina*, quas vt legere licet (liber de peste, sermone vulgari editus.) *Malignas esse, & pestilentes vult cōtinentes putridas, atque focum harum intra inguina, & alas esse, sæpius supponit*, circa quod absurdum, postea plura, & vt ad institutum, cum in prænumeratis febrium differentis, contingere possit, vt plures esse possint causæ morbificæ, pluraq; mēbra ex in tēperiebus debilia; accidit etiam, cōplures esse putredinis focos, atque ex eis, diuersas periodos, & accessiones. Impræsentiarum, febres inflammationum omittimus, hæc etenim veluti symptomata sunt. Referam tamen, neq; sine vtilitate lectorum, & elegantia, curiositateq; auctoris, focos alios putredinis, apud Iacobum Syluium a me inuentos, addidit enim scribens. H *Non nunquam* (videlicet est focus) *in spatio inter peritoneum, & intestina, vt in febre ascite, & tympaniæ, interdum in thoracis spatio, aut pulmonum carne, per febres empiorum, & asthmaticorum, interdum in cerebro, & partibus subiectis catharrum excipientibus, quas febres medici in hos putredinis fomites vacuandos, & alterandos, & roborandos intenti, citius, & tutius curant.*

Marginal notes: B 2. *crif. c.* 6. — C 1. *ad Glauc.* — D 2. *aph.* 19. — E 9. & 11. *meth.* — F 2. *de feb. dif. c.* 10. — G 11 *meth. c.* 4 — H *Li. de febrib.*

rant. Hactenus præstans medicus, hisce igitur omnibus febribus enumeratis, suæq; mineræ, cuiq; putredinis assignatæ, focus deest pestilenti, & cordi, sua differentia, peculiaris inquam (nam vt mox, ex vidouidio elucebit ratio distinctionis inter pestilentes, & omnes alias) quia, vt longius dicendum est, aliud genus febrium pestilentium assignatur.

3. Vltimoq; sanguinis missionem, esse prouisorium remedium, causasq; respicere, quæ secta basilica vena, cuiam respiciente, ac ex consequenti jecur ipsum cordi materiam suppeditans, secta inquam basilica, & reuellit, & euacuat cor, præseruat deniq; a fluxione, quæ partim potest irruere a vicinis in cor, atq; partim a cordis sistole ex vicinis attrahi. Et quod venæ sectio basilicæ, sit velocissimum auxilium, vnicumq; cordis affectuum, experientia indicat, atq; auctor quarti acutorũ docuit, sic. *I Venam igitur bracchii dextri internam secare oportet.* Vbi Galen. *Velocißimè, & plurimum, ex iis, quæ principes sunt; partibus, vena ea corpus euacuat, atque ob id in acutißimis morbis, ad eam sese confert*, quæ, inferius euidentius, sic confirmauit, scribens. *K Locos dixit, corporis partes, quas auctor ante scripsi, t cor scilicet, è par, & venam, venam in quam postea a medicis cauam appellatam.* His sic jactis, est conclusio. I tx. 24, com. K 27. co.

Vnicus focus putredinis febriũ pestilẽtiũ, est ipsißimũ cor. 1. Cõclus.

Isthæc fuit, non solum apud discipulos Galeni, in dubitata doctrina, sed Arabes tenent, latini defendunt, iudæi secũtur, nouit plebs, sed me miserũ, sunt nonulli quibus illud comici conuenit, dicentis. *Istud est sapere, non modo quod ante pedes est videre, sed etiã futura prospicere*, & ii, quo aliis plus sapere videantur, *faciunt eodem teste næ intellegendo, vt nihil intelligant.* Focum putredinis in vtraq; pestilenti, tam in putrida, quam in hæctica (nam de diaria pestilenti, nondum apud Galenum constat mihi)

mihi) in corde legimus, primoq; loco in hectica.affabre. L *Si qui essent* (inquit) *inter ægrotos, qui se negarent febricitare, his febris, occupato ipso cordis corpore, planè erat confirmata, & (vt ita dicam) in habitu. Etenim febrium hecticarū, duo hæc sunt propria signa, si perpetuò similes sibi illæ sunt, nec inuasionem vllam accessionis, nec incrementum, nec vigorem, nec remissionem habeant, siq; febricitare se, non percipiat ægrotus,* & mox. *Neq; quidquam tam admirationis habet, si eos pulsus, quos memorauimus tali affectu peste habeant, nec si pestilentem respirationem, nec si omnino morituri sint, quam enim excogites medicinam, ad putredinem, quæ in corde sit?* Quibus verbis Galenus ostēdit, in hecticis pestiferis, corpus, seu substantiam cordis, esse focum putredinis, quum recte docuerit. M *Particulā quā obstructio, aut putredo, aut phlegmone obsedit, febris ipsi° veluti focū esse*, pestilētibus hecticis sic dimissis, subjungit de pestilentibus putridis, quæ nostram materiam magis concernunt. *Nam quibus calor hic putredinosus ad humores, quos continent sinus cordis, magis deflexit, quam ad corpus ipsum visceris* (quibus innuit etiam in putridis substantiam cordis infici) *multi horum fuerūt superstites*, hactenus Galenus, vtriusq; pestilentis signa ex pulsibus instituens, idipsum subsequentibus capitibus corroborat, qui vir instar millium est. Sed quando cum doctore lis agitur, N qui quantitate auctorum, suum assuptum probat. Age., *vim vi repellere licet*, senes, doctissimosq; viros obsecro, æquo animo ferant, illius me genio accomodabo. Auicennas etiam pestilentis febris originem sic docuit, nec latum quidem vnguem a Galeno recedens. *O'Aer* (ait) *venit ad cor, quare corrūpit complexionem spiritus, & putrescit, quod circunstat ipsum, ex humiditate*, huncq; classici, sicq; alii alios insecūtur, in sequenturq; (nonullos recentiores adducam hoc enim hodie placere video) eleganter satis, veterrimos imitantes, imprimis. Vidouidius senior, philosophus, & medi-

L ;.de præsag. ex puls.c.3.

M loco citato.

N polog.dis- rs.fol.29.

.. tract.4 1.

& medicus præstantissimus huic sententiæ sit fauet. *P Locus etiam, vbi putrescit humor, qui febres pestilentes exci tat, est dexter ventriculus cordis, aut certe locus maxime vicinus cordi* (additq; notatu dignam animaduersionem.) *In aliis febribus, neq; putrescit materia in corde, neq; ita vicina, sed focus, in quo accenditur, magis distat, ita vt cor tantum excipiat vapores putres, non materiam putrescentem, quemadmodum in pestilenti, quæ ob hanc causam erit etiam internas partes, & in externis tepida quodammodo sentitur* (ibiq; doctissimus vir Galenum in sexto epidemion, cōmentario, nono adducit, vbi etiam Galenus Thucididem) *concurrit enim calor innatus ad cor, quo allicitur spiritus, & sanguis ex vniuerso corpore, ob ejusmodi putredinis feruorem, perinde, ac si a cucurbitula traheretur.* Inferiusq; paulo, apertissime affirmat sic. *Quod si vtendum sit externis, maxime ad thoracē admouenda sunt, cum focus putredinis sit in corde Q quam ob rem super imponebat R uffus in febre pestilenti refriginantia tho raci R* Thomas Rodericus a Veiga, a me & vocatus, & habitus Hippocrates Lusitanus, breuiter (vt solet) inquit. *R eferunt causam nōnulli ad mineram putredinis, quæ in pestilenti est cor, alii ad prauitatem putredinis, alii ad putredinē cordis ipsius.*

P *Lib. 6. feb. c. 6. de feb. pestil.*

Q *Apud Aetiū lib. 5. c. 95. de feb pest.*

R *2. de diff. feb.*

Cor ipsum esse vnicum focum putredinis, altiori animo, discursuq; sic docuit Thomas Fienus, eruditissimus medicus, atq; rei medicæ primarius professor Lobanii. *S Pars* (ait) *primo, & primario affecta, est cor, minime autem cerebrum, aut epar. Et si autem bubones, & anthraces interdum circa capitis, interdum cordis, iterdum epatis regionem oriantur, non id ex eo est, quod in peste modo cor, modo cerebrū, modo epar sint affecta, sed quia fortuitus est, & vagus, modo in hāc, modo in illam partem orgasmus: vel quia a corde secundario venenata illa qualitas visceribus communicatur.* Hæc acutissimus doctor, perpendamus nos profundissimum conceptum, eq; ipso eruamus vtilia, cum prouerbio

S *In repetitione de peste.*

B dicen-

dicente, *ex vno multa*. Constat enim ex orationis serie, sapientissimum virum fere nihili fecisse bubonum eruptiones, secundum diuersas regiones, atq; (me iudice) duo facile eliciuntur, primum, citra cõtrouersiã, quod non apparente bubone, internam cubiti secare iulisset Fienus, cor partem primo, & primario affectam statuens, prout erat doctissimus; secundum, piè & doctè, rectèq; methodo perpensa, si grauidæ, non dico vteri inflammationi correptæ, sed bubonem, vel carbunculũ in inguina patienti ille occurret, venas cruris canepeius, & angue fugeret.

T Lib. de pestis caus. c. 2. & de cura. c. 15

Oddus de oddis passim id refert, dicitq;. *T Prima quidem, quoniam materia pestilens plerumq; cor non petit, sed in ipso collocatur, vt iam a nobis superius declaratum est, & Galenus pluries corroborat, hoc enim venenum, seu valida cordis putredo, quandocumq; in ipsius humoribus, aut spiritibus impressa est.* Tandemq; Olerius inquit. *Sæpe, neque buboneq; carbũculus, sed totum venenum in corde hæret*, hæc ille, qui nimirum suum studium in vena secãda bracchii collocaret, atque cor veneno obsessum liberare tentaret.

Sed hoc ipsum nõnullis mediis confirmatur, sitque primum, a definitione ad definitum, est enim optimus arguendi modus, sic. *Quam particulam putredo occupat febris ipsius focus existit*, sed in pestilentibus putredo cor occupat, igitur in pestilẽtibus cor est putredinis focus, maior est Galeni, atq; constat ex fundamento primo, minor similiter, igitur cor necessario est statuendum pro foco putredinis.

2. Febris pestilens suum sibi prærequirat oportet focum putredinis, ad quem reducatur, sed ad nullũ præenumeratorum potest reduci, quum aliud sit genus, igitur suus focus inquirendus, maior est rationi conformis, minor enumeratione constat, tum aliarum putridarum, tum partium ad quas reducũtur, in quibus potest

test esse putredo, igitur cor illi assignandum est, quum nullum supersit membrum, præter cor, cui possit attribui, vt omnes auctores arrogant, igitur.

3. Vbi saluantur cujusvis loci affecti, & affectus signa, ibi locum affectum saluari, est necessarium, sed in nulla alia febris differenria, præter pestilentes, saluãtur cordis sic accidentia, venefica qualitate affecti, igitur & cor affectum, & focum putredinis esse, est necessariũ, maior propositio est Galeni dicentis. *V Nẽpe prædictis signis omnino quæ significantur, adueniunt*, est etiam certũ philosophiæ consona, quoniã sicuti se habent effectus ad causas, ita simpthomata ad morbos, minor est euidens, debilitas enim essentialis, sineopę cardialgia, cordis palpitatio, sudores frigidi, anxietates, & plurima alia in sindrome, præsenti veneno adsunt, in affecto deniq; corde, igitur primo, & primario laboranti statuẽda sunt cordi. V 6. epid.

4. Methodus medendi a recentioribus dictata, confirmat cor esse focum putredinis in pestilenribus. Nam sicuti seniores in pleuritide, & aliis inflãmationibus, cucurbitulas scarificatas jubent, sic & neoterici laborãtibus, febribus pestilentibus, in ipsa pectoris, cordisq; regione cucurbitulas scarificandas censent, atq; parti a tergo correspondenti, *X ostendit autem sanatio*, Hippocratis iudicio, cum igitur venenum, idcirco, quia venenum est, in corde resideat, vt doctissimis viris placet, sit satis de foco putredinis proteruiæ, ad venæ sectionẽ accedamus, taliq, conclusione. X 2. aph. 17.

In pestilenti putrida, sine bubone, vel anthrace in inferioribus partibus, ex rei natura, basilicas secare oportet, nam ad remotissima vocare, aut in pedibus venas ferire, impertinens, & perniciosum est consilium. 2. Cõclusio

In hac veritate cõprobanda, auctores allegare, opus non est, nec rationibus vti, si quidẽ, cuicumq; affectui

cordis venæ sectionem exigenti mirum in modum, & multo magis huic conuenire, nullus principiis medicis initiatus negabit; si cæleritatem febrium pestilentium perpendat, quæ, facta collatione ad venena, elucebit extrinsecus assumpta. Circa quæ Andreas Matthiolus, doctissimus vir ait. *Y Tantaq; velocitate suum exequitur munus, vt sæpe numero eundem præstet effectum in corporibus nostris, quē præstat voracissimus ignis, si quando ad aridissimas peruenerit paleas.* Exercitii igitur, & adolescētiæ medicæ gratia argumētor probaturus ex bracchiis, in pestilēti sine bubone, in inferioribus, sanguinē demēdū.

Y *In primū cōmentariū ad sextū Dioscorid s.*

1. facto argumento ad hominem, sæpe scribentem, & esse sanguineas, cōtinentesq; febres pestilentes, addito tamen veneno, & focum putredinis esse in his, vbi in illis, videlicet inter inguina, & alias. *Sicuti se habet res ad esse; ita ad cognosci apud philosophos; apud medicos vero, sicut se habet ad cognosci, ita ad curari. Sed perte febris pestilens est, & cognoscitur, vt continens, igitur vt continens est curanda, addito veneno solum, hic nihil indiget probatione. Sed continens curatur venis bracchii sectis, igitur & putrida pestilens, illis homo geneq; sectisq; basilicis.*

2. Sinochis detrahitur sanguis, & vsque ad animi deliquiū; propter vapores putres a venis magnis in ipsum cor ascendentes, igitur magis, citiusq; propter affectū cor. patet con. ex principio. *Z Propter quod vnum quodq; tale, &c.* Similiter, *A si vbi minus inest periculum; secamus basilicam, vbi maius, multo melius,* sed in cōtinentibus (quibus minus periculum est) secamus basilicam, igitur, & in pestilentibus, præterea, *B in omnibus affectibus infra jugulum, medioq; corpore vena sectio ex basilica exercetur,* cūq; in pestilenti sic sit affectus, sic etiā præstandū est.

Z *Axioma.*
A *Axioma.*
B *Principium.*

Ad hominem tandem, sic argumentor suo sermone loquentem, atq; pro maiore propositione suo fundamento accepto, ait enim. *La verdadera cura es acudir a la*

enfermedad, y esotro será, como dixo Leonardo Bòtalo muy biē, libro de sanguinis missione, dexar de pelear con los enemigos, q̄ nos estan haziendo guerra, è ir a amosquetear a los que no nos la dan. Hæc ille, tunc sic, sed sic fegerit medicus qui in febre pestilenti relinquit in finibus cordis infectū sanguinem enecantem, & pedis phlebotomat venas, nedum nocentes, igitur illius curatio vera non est, maior est Leonardi, ab illoq; perperam adducta, minor est assumptum ejus, quodq; negare non poterit, igitur & male curat, & suas voces ignorat.

His sic stabilitis, supererant errores a me iam impugnati, qui tot sunt & plus quam litteræ, quos ob id omittam, ne fastidio lectores afficiam, affert autem (vt ait) quantitatem auctorum, quibus omnibus respondēdū est, quod de grauioribus illis, multoq; vetustis dixit Galenus. C *Doctissimi fuerunt Hippocrates, atq; Plato, quibus, citra demonstrationem credendum non est.* & rursus, diuinum senem ex tollens: *Atq; id circo, ego huic viro non tanquam testi, sed quoniam ejus rationes firmas inuenio, fidem adhibeo.* Hæc ille, D illi vero demonstrent, aut saltim probent. Sed quoniam, me iudice, omnes allegati doctores, venerandi alias, in Oribasio peccauerunt, sic omnium in vno (licet aliis etiam superesse posint exceptiones) defectum impugno. *Illud remedium non est rationallum,* E *quod vtendi modo, quantitate, qualitate, & occasione caret.* Sed scarificatio, aut venæ sectio in cruribus, oribasii, pro pestilētis febris curatione, caret hisce scopis, igitur illa scarificatio, aut venæ sectio non est rationalium; maior est dignitas apud Galenum, minor probatur sic. *Vtendi modum deesse*, sciet, quicūq; intellexerit non nihil indicationum. F *Situs enim, modū vtendi docet.* Vnde, morbus cordis, tali venas non exigit. *Quantitas illa sanguinis*, terminos pestilētibus morbis assignatos, excessit multum, idq; pueri sciunt. Quod si studiosus aliquis

XCS

C *Lib. de Hipp. & Plat. dogmatibus.*

D *Lib. quod animi mores.*

E *Exioma.*

F *7. meth. & 2. ad glauc.*

aliquis dixerit, id exigente plethora, executum Oribasium, dicentemq;. *Erant enim signa sanguinis.* Non, oblargam venæ sectionem fecisse, credo, sed quia venæ sectionem, tantopere in pestilentibus formidatam, stabilire volebat, atque re bene perpensa, *Et vt iam diu probaui, G analoga est pestilens febris sanguini,* certũq; est nimiã fuisse scarificationẽ, neq; imitandã, *qualitas etiã deficit,* nam illa venæ sectio euacuatoria, & reuulsoria debebat esse, at ipsum reuulsisse ad distantissima cõstat præ cautoriæ solum, cum igitur illa diffusa (atque liceat sic dicere) empirica venæ sectio, quamuis celebrata, *Vtcũ di modo caruerit, quantitate, & qualitate destituta sit*, atq; sub his duabus *H occasio remedii* (teste Galeno) contineatur, remediũ irrationale deprehẽditur (aut ego fallor) quod quantum existimare licet, multos decepit, atque innumerorum homicidiorum causa esse potuit, estque impræsentiarum, ob indicationum despectum.

G *In exercitationibus de peste.*

H *Lib. artis medic.*

Fracastorum locutum de pestilenti extrinsecus aduenienti. Sicq; nihil contra nos, constat. quamuis ejus fundamentum nullius sit momenti, cæteri auctores, alius singularis, nõnulli de bubonibus in inguinibus vagantibus loquuntur. Torquẽtur aliqui, multosq; trahit, iam vero Doctor Franciscus Sanctius, auctoris Pithagoras (quem omnes norunt) & regula, & norma, propositorum fuit tenacissimus (sicut sequax) quiq; in omni sexu, & ætate venas tali aduersus communem aliorum medicorũ sententiã ferire jubebat, deniq; si libere licet, quod sentiam, scribere. *Hæc talorum sanguinis missio in perperacutis, vetustatem arabicam, & methodicam sapit, quam multi nondum spuerunt*, ex quibus Manardum, se ad meliorem frugem recepisse, diximus in discursibus.

Et quid quod Mena rationalissimus medicus, primus, præcipuusq; Galeni discipulus Manardum referat? cum non approbet, quotquot enim alios refutant, pri-

primum illorum doctrinam proponere, vt refellant, solent, nec ob id approbasse, censendi sunt, sed cum bonus vir, quantitate auctorum agat, vtcumq;, quoscũq; adducit, ad institutum, legat circa pleuritidem veneno sam (quæ ad alia etiam sunt vtilissima) Petrum, Paulũ Merendam, quem Iacobus Olerius aliquando allegat, dicentem de pleuritide pestilenti. *I Maximè autem in iis omnibus, habenda est cura, ne virus ad cor, aut ad aliud principale membrum regurgitet, sed quam fieri potest, lõgißime a principalibus membris auerti debet, & extra corpus educi. Quam ob rem, illorum sententiam minime approbauerim, qui in laterali marbo, a venenosa materia consistente, cruris venam secare præcipiunt, nimirum, quo longius virulentos humores auertant, ac si non satis longinqui sint, si per sectam in eodem latere cubiti venã euacuentur, cupientes enim a principalibus membris illos retrahere, non aduertentes, ad cor, & iecur atirahunt. Nam quouis in loco pleuritis consistit, hoc est, siue in superioribus quatuor, siue in octo inferioribus costis sit, necesse est, ex venæ pedis sectione, semi corruptum sanguinem, qui circa iestammatam partem continetur, in cauam venam ingredi, ac prope dextrum cordis ventriculum, postea vero, & prope iecur fluere, si ad pedes vsque auerti debeat.* Hactenus peritissimus vir, in distãtissimas phlebotomias, quæ de auctoribus. I Li.2.pag.94

Liber tamen, quædam impugnare, prius certo affirmans, & si oportuerit, iurans (quod eius salua pace scriptum vellim) omnia ea loca, quæ Galoni attrectat, falso adducta, vel enim Galenum non assequitur, vel male in Hispanum sermonem Galeni volumina domi habet, quibus fidem adhibet, sint vnum, aut alterum exẽpla, ait enim.

i. *Dize Galeno, que dela facultad vital viene la muerte cierta, y presto, y delas demas, ni cierta, ni presto.*

Galenus sic latinus, *K Velocißimè igitur fiunt corde patiẽte mortes, deinde affecto cerebro, tardißime ab epate prodeũt.* K 2. acut. 47. com.

Pro-

Proponantur hæc puero, vt exponat, pudet tamen, hæc referre, sed in fastũ, & arrogantiã oportet, at vero quis non dico medicus, sed vulgaris ignorabit, subitas mortes ex cerebro prodire?

Secundum Galeni locum sic conuertit. De la mordedura del perro, lo dixo bien claro Galeno, que vna es la cura de el mordido, antes de llegar el veneno a el coraçon, &c. Postea scribẽda.

L 2.aph. 22. com. O deplorandam calamitatem, Galenus sic. *L. Quemadmodum in iis, quos canis rabidus momorderit, quæ enim ipsis adhibentur remedia, duplicem habent appellationem, nam & nõnunquam rabici remedia dicuntur, ac si rabiem facientis dispositionis dicerentur, nonnunquam vero non remedia præsentis despositionis appellantur, sed a rabie futura præseruantia.* Hæc ille, quibus quid interest cum conuersis? Galenus enim, vt videre licet, in delyros quosdam, atque quæstionem de nomine dirimens, illa verba, vt exemplum assumpsit. Verum si pudet Galenum non callere, pudeat ipsum citare, & in viros vigilãtes discursum edere facetũ, iam tandem quis non rideat? vel doleat? quod Galenus, *Definierit focum febris de partibus solidis* (vt

M 11. method. c. antepenul. affirmat) *imo vero loquitur de M pulmone, iecore, & aliis,* vt eo loco videre licet.

Cæterum, ante quam hinc discedã, libet ex illius sic inuenta doctrina, medium proponere, quæ ait. *Que es vna la cura de el mordido, antes de llegar el veneno a el coraçon, que es reuelerle, atajarle, y impedirle el passo, no se apodere de el, y despues de llegado, echarle, y estirparle.*

Hac distinctione sumpta pro maiori, ad hominem argumentor, sed in febribus pestilentibus, primo congressu accessit venenum ad cor, atque in ejus humoribus inhæsit, vndè duplex elicitur ergo, primũ, ergo sanguinis missione ex bracchio a principio res agenda colligitur, maior est illius, minor satis, superq; a Galeno, & choro medico probata est, igitur non primo modo

modo curatiuo tractanda est febris pestilens. Secundum ergo, ergo non habet analogiam cum peste morsus canis rabidi, sequella probatur, quoniam febris pestilens morbus vnius diei solet esse, exacteque per acutus, at morsus canis rabidi vnius anni, & dimidii, velle autem morbum trium dierum norma morbi, plurium mensium metiri, extra captum medicorum est, & prudentis cujusq; viri.

Gloriatur se multos peste affectos curasse, alios vero, neq; vnũ.

Dulce bellum in expertis.

Antequã, ille ferulæ medicæ manũ subjecisset, & fortasse medicũ futurũ se cogitare, tvotũ in pestis remedi is habui. Sed missa hæc faciamus, ignorat tamen, quod Oddus de oddis, domi reclusus, grandem de peste edidit tractatum, a quo ille plurima transferre potuit. Præterea, consequitur ne is, quod in iis quæ raro eueniunt? vt in peste, obid quod raro fiant, & quia cuique pesti proprius, & peculiaris est suus modus pestiferæ (atque forsitan eam ob causam pesti Galenus tractatum non dicauit) in talibus morbis præfert medicum doctum, experto Galenus, statuens sic. N *Igitur per artis exercitationem comperi, eam remediorum inuentionem, quæ ex vera demonstratione procedit, in iis quæ raro fiunt; experientiæ longe præstare.* hoc ipsum dixisse, celsum, illa eleganti oratione costat, asseuerantem. *Medicum rationalem, ab empirico longè distare, quod nouis etiam morborum generibus, si accidant, possit opem ferre,*

N 3. de locis affect.

Legit ne ille, quæ Ludouicus Collado sic litteris mãdauit? O *Quin, & in pestilenti morbo, qui ex anno quinquagesimo septimo, ad annum vsque quinquagesimum nonumpopulariter grassatus, bonam huius ciuitatis partem sustulit, recentiores medici, reluctantibus senioribus, exactissimam rationem medendi inuenere, quãquam suos praeceptores, in pestilenti operantes nunquam vidissent.*

O Isagog. c. 20

Sed qui, vt ostendi, locam affectum in febre pestilenti non dignouit, neque affectus differentiam, quomodo potuit pestem curare? Librum enim ex pannis hinc, indeque emendicatis consuere, & quilibet poterit, non agnouisse locam affectum, supra probaui, restat, vt breuiter referam, morbum ignorasse. Hic namque error, est basis totius tractatus de peste, & in discursu (dubito andicam magis satyrico, quam apologico) repetitus, in quibus, vult, febres pestilentes esse sangui ieas, aut alterutras confundit, addidit tamen sanguineis (vt fiant dicanturq; pestilentes) venenum, additamentum tamen rarum est. Semper enim additamentum, collatione ad præcipuam partem, est portiuncula minima, hoc vero additum citra comparationem, est maius, at ille vt dexterrimus est pestis medicus, pili facit hoc additamentum, venenum scilicet, pestilentis febris, neque apud illum, multum refert tali venas, an basilicas secare. Attamen modo sciet, & a continentibus, & ab aliis putridis esse distinctas. Id quod aperte docuerat Hippocrates, siue auctor de flatibus (nihil enim refert cum hujusmodi doctrina ab omnibus posterioribus libenter amplectatur) vbi ait. P *sunt autem febrium genera duo, vt hoc quoq; nunc attingam, quorum alterum commune omnibus pestis appellatur, alterum propter malam dietam, priuatis his contingit.* P Hactenus ille, sic etiam. *Cum enim nullus communis pestiferi morbi modus, &c.*

P Li. de flatib.
P 1. acut. 9.

Atque non minus Galenus, curans febres hecticas non pestilentes, videtur apertè, a pestilentibus hecticis, sic distinxisse, Q *Verum de colliquantibus febribus dißerere, in posterum licebit, æquè vt de iis hecticis febribus, quæ in pestilentia contingunt, cujusmodi ea est, quæ nunc publicè graßatur. Dicetur namq; de hac, inter pestilentes febres,* sed re vera istud assumptum non est meum, quodq; tenebatur legisse

Q Li. 10. meth. 5. vltim.

giſſe ſcriptor, quod longè, lateque proſequitur Donatus Antonius, altum Hippocratis, & Galeni mare, vbi de peſtiferis febribus loquens, ait. ℟ *At non propterea quiſpiam dixerit, peſtilentem febrem eſſe ejuſdem generis, cum his, quæ ab humorum putredine accenduntur,* in quo loco, rationes diſtinctionis inter putridas, ſimpliciter peſtilentesq; putridas adducit. *Primò, quia peſtilens ab externa cauſa fit. 2. quoniam eſt excellenter putrida, in qua potius eſt corruptio, quam putredo. 3. quod in peſtilenti* (aduertant focum putredinis) *Vt iam probaui, aliqua cordis ſubſtantia putreſcit ſemper, atque ex hoc. 4. quod præter humores, aliæ etiam cordis ſuſtantiæ poſſint putrefieri, vt corpus cordis, & ſpiritus in ſiniſtro ventriculo contenti*, vti, penotium ibi legere licet, concludit deniq; dicens. *Quo fit, vt in nullo trium febrium genere propriè contineri poſſint hæ febres.* Atque hæc Donatus, ex quo alius morbus, aliusque locus affectus in febribus peſtilentibus conſtat, atque euidentiſsime, auctorem libri de peſte, emeritumq; militem in peſtis curatione, neque affectuum peſtiferorum naturam, & eſſentiã (vt in libri titulo promiſit) neq; in illis locũ affectũ inueſtigaſſe, ſicq; promiſſa hic perfeci, quid igitur ſibi vult? aut quid quærit?

℟ *De medidis febribus peſtil. c. 7.*

Duxi tamen multis, ob honorem medicinæ Hiſpalenſis, dimiſsis, hæc animaduertere, primum quod ſcribat. *Y aun eſto es lo principal, que ſi à de hazer en eſtos mouimientos y expulſiones ſimptomaticas, ſupueſto que naturaleza las à de hazer, ſe hagan por parte menos noble.*

Attendite lectores, vel loquitur de motionibus naturæ, iam præſentibus, quas nullus non admittit, vel de futuris, ſed vere loquitur demotibus naturæ ſecundæ intentionaliter, vultque, vt tempore auro præ-tioſiori (& vtinam non nocuiſſet) abutamur, accedam ad contingentem illius motionem, vt ſilentio det, deleatque hanc opinionem, vel ſomnium. Neque vero

pauci momenti est, similibus erroribus respondere, fere enim in intelligibilis est asserens præsentiendos, antequam incipiant, & curandos ante quam sint, bubones, & anthraces, Oedipus noster est. Aduersus chimericũ errorem, & proximis nimis nociuum, disputo sic. Quandocumq; in febre pestilenti adhuc, nullus est actus naturæ versus signatum emunctorium, ibi etiam, atque tunc, non est quo naturam ducere posset artifex, sed in febre pestilenti sine bubone tunc nullus est actus naturæ circa signatum emunctorium, igitur in pestilenti sine bubone, non est quo naturam ducere possimus. Discursus est legitimus, maiorem probo, motus supponit actum, igitur vbi non est actus, non est motus, con. est bona, patet ans, ex motus definitione dicente Aristotele. S *Motus est, actus entis in potentia, secundum quod, in potentia est.* Quæ verba sic Doctor Frãciscus Vallesius exposuit. T *Motus actus quidam videtur esse, imperfectus tamen, propterea quod ipsum paßibile imperfectum est, cuius motus est actus, itaq; nõ mouetur, quod nõdum quidpiam comparauit per motum, quia quod nihil omnino mutatum est, quiescit.* Minor est illius assumptum, igitur, vbi nihil est actum a natura, ibi nulla est motio. Tunc sic, vbi nulla est motio inchoata a natura, non est quo naturam ducere possimus, sed in pestilenti sine bubone, nulla est inchoata motio a natura, igitur nec est, quo naturam ducere possimus, igitur cantilenæ sunt motiones illæ.

Vrgens argumentum.

S 3. tx. phis. c. 2.

T 1. de dif. feb.

2. Eæ motiones, quæ non sunt, nec cadunt sub sensum, ad medicum nullo modo pertinent, sed illæ motiones non sunt, nec cadunt sub sensum medici, igitur eæ motiones ad medicum non pertinent.

3. In memoriam reuocare oportet, ab omnibus auctoribus constitutam esse differentiam, pestilentium sine bubonibus, vel cum illis, hi enim signa sunt, docente

cente Hippocrate, *V Abceßus signa sunt earum partium, a quibus exuberant, sunt autem maligni hi.* Igitur vbi nulli sunt abceſſus,ad focum, fontemq; venæ ſectione reſpicere eſt æquum, alias ſuſpecta, & confuſa cenſenda eſſet diſtinctio iſthæc. *V 6.epid.2.10*

Sed, dicam ego aliqualem, & in aliquibus peſte affectis, ſine bubone, naturæ imitationem, que poſsit vtilis eſſe, illi haud ab ſimilis, de qua, in epidemica pleuritide, anno elapſo,videlicet,quod in deplorando peſtis ſtatu (plurimos enim bubones expertos quotidie conuenimus) ſi aliquis acerſat, poterit interrogari, quo in emunctorio bubo, vel anthrax apparuerit, ſicque ex præcedentibus moniti,de futuris conjcturaliter deliberare poterimus, & vt dixi ſani, & ægrotantes de ſæpius paſsis bubonibus peſtilentibus r eferunt.

Tandemque, non potui me cohibere, quin hanc maximam ingenii acutiem ſcriberem, dicit enim ſic. *Aßi que pues es bueno el llamar para abaxo como señal, (porque lo es, que naturaleza expelio el tal humor a las partes inferiores) es tambien bueno como causa,porque estando el veneno mas lexos de el coraçon.*

Auditum eſt ſimile abſurdum? Notate ſignum, llamar, ſignum appellat certè, eſt enim ſanguinis miſsio (remedium vel remedii cauſa) ſignum,interrogare licet, quid ſit ſignum phiſicè? vel quod ſignum medicę? ſed fruſtra profecto.inquiram, & quam vtilitatem vulgares tamē barbitõſoresq; ex his lituris conſequētur? Niſi vt audaces fiant, atque enecare diſcant, auctorem tamen modo denuo moneo (quemadmodum ſæpe fraterne præſtiti) libros medicos,conſilia,& propoſitiones,lingua vulgari edere, nihil eſſe aliud,quam diſtrictos enſes in manibus ſtultorum, maniacorumq; ferinorum apponere,denique latinam linguam multum

tum colat, domi se, si potuerit, contineat, non huc, illucq; circumcursitet, magis sudet, minus de ægrotis perquirendis sit sollicitus, plus absumat olei, vt sic, deo volente, proximos adjunet, sensus antiquorum enodando, methodo studendo, non vulgi famā captando, sermoneq; vulgari, id enim præterquam quod est maximè nocuum, in dedecus nostrum est, Apollineæq; artis, sic Diuino sene prohibente, lege. *Duo enim sunt scientia, & opinio, quarum altera quidem scire facit, altera vero ignorare, cæterum (addidit) res sacræ sacris hominibus demonstrantur, prophanis, id fas non est, prius quam scientiæ orgiis mitientur.*

X In lege.

✻

Hoc etiam tempore, obsequium amicos, veritas odium parit.

LAVS DEO. OPTIMO, Maximo, semperq; Virgini Mariæ matri, D D. Hieronymo Bernardo patronis, & omnibus sanctis.

✻